Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36647
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Qui autem spiritalis est et potest iudicare potest in eo quod de quod foris considerat pulchritudinem operis. intus et spiritu quia fit miranda sapientia creatoris. Et ideo nemo est cui opera dei mirabilia non sint. dum insipiens solam foris mirat speciem. sapiens autem id quod foris inter. profundam mirat divinae sapientiae cognitionem. Velut si in una eademque scriptura. alter colorem et significationem literarum commendet. alter illa laudet sensum et significationem. Bonum est ergo assidue contemplari et admirari opera divina. si ei qui rerum corporalium pulchritudinem. musium nosse vertere spiritalem. Ita et ideo scriptura nos tantopere adcontemplanda mirabilia dei exercet. ut per ea quae foris cernimus. ad agnitionem veritatis veniamus. Unde psalmista quasi pro magno aliquo. se iam et hoc fecisse commemorat. et adhuc facturum promittit dicens. Memor fui dierum antiquorum meditatus sum in omnibus operibus tuis. in factis manuum tuarum exercebor. Hic etiam est quod quibdam ignorantibus creatorem suum. et cultum deo debitum idolis exhibentibus in esaia dicit. Quis mensus est pugillo aquas. et celos palmo pondiavit. Et appendit tribus digitis molem terre. et libravit montes in pondere. et colles in statera. Qui sedet super gyrum terre. et habitatores eius quasi locuste. Qui extendit velut nihilum celos. et expandit eos velut tabernaculum. Et iterum psalmista quodam loco arguens idolorum cultores ait. Omnes dii gentium demonia. dominus autem celos fecit. Quid ergo putatis quod massertionem divinitatis. opera dei ita in medium adduxerunt. ni qua creatura recte et considerata hominem creatorem suum ostendit. Considerem ergo et nos quanta sint mirabilia dei. et per pulchritudinem rerum conditarum. queramus illud pulchrum pulchrique omnium pulcherrimum. quod tam mirabile et ineffabile est. ut ad ipsum omnis pulchritudo transitoria et si minima sit. comparari non possit. Et quia supra omnem pulchritudinem visibilium inquiratur et stare diximus.